

fitis, cogit homines humilia et ieiuna et fordida
 confectari, cupiditatibus turpissimis et foedissimis
 seruire, memoriamque eorum vna cum vita extin-
 guit: sed sapientiae et virtutis studium nos iubet ad
 excelsa et ardua et decora contendere, libidinibus
 ferocibus effrenibusque imperare, et nomina nostra
 immortalitati tradit: adeo vt, quemadmodum pe-
 cuniae pallida et tremeunda cupiditas certissimum
 habetur animi humilis abiectique signum, ita acer
 constansque sapientiae et virtutis amor grauissimum
 debeat erectae excelsaeque mentis argumentum pu-
 tari. Scripsi Lipsiae in Schola Thomana a, d. III. Kal.
 Ianuarias A. C. **CICICCCCLXXI**



ORATIO